



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 39. Ultrajectensis Capituli epistola ad Innocentium XIII. Papam data.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII. tissime exornatæ portandi honor ad
A. C. 1721. Canonicos Cathedrales denuo redierit,
 qui illud ad mensam supra tumulum in
 Ara majore huic Beato Sacra reposuerunt.
 Supplicantium agmen claudebant Ar-
 chiepiscopi, Cathedrales Canonici, ac
 Cæsareo - Regii Ministri, sæminæ No-
 biles, ac pene innumerus populus:
 Imperatrix vero ex suo Oratorio in Sa-
 cellum S. Wenceslai descendens, sa-
 cram linguam, quæ ibidem adhuc dum
 religiose asservatur, cum summo pie-
 tatis sensu usque ad tumulum, super
 quem Beati Joannis ossa in magnifico
 pegmate reposita fuere, comitabatur.
 Claudebatur hæc solemnitas hymno
 Ambrosiano per Archiepiscopum de-
 cantato, & Sacrificio Missæ per Lito-
 meriensem Episcopum Deo in honorem
 Beati Nepomuceni oblato: Continuata
 est Sacra hæc festivitas incredibili fide-
 lium confluxu ac pietate per octiduum.

§. XXXIX.

*Ultrajectensis Capituli epistola ad In-
 nocentium XIII. Papam.*

Vid. supra Adhuc dum fervebat Ultrajectensium
t. 67. l. 213. & Harlemensium Canonicorum op-
§. 30. p. 104. positio contra Pontificum decreta: Ul-
Acta Hist. trajectenses enim insuperhabitis Pape
Eccl. vol. 7. monitis, minis ac censura constanter
pag. 106. decla-

declarabant, se quidem quinque Jan- Sæc. XVIII.
 fenii propositiones ex corde detestari, A. C. 1721.
 circa controversias tamen inde motas
 & nec fidem nec Ecclesiæ disciplinam
 spectantes illam profiteri obedientiam
 & obsequium, quod juxta tot celeberrimorum Romanæ Ecclesiæ Doctorum
 sententiam Pontificum decretis desuper
 editis præstare tenentur: Præter hanc
 declarationem Curia Romanæ minus
 acceptam iidem Canonici prætenso suo
 Ecclesiam hanc vacantem administrandi
 juri pertinacius insistentes, post Coddei
 Sebasteni Archiepiscopi mortem Cor-
 nelium Steenhovium in Vicarium ele-
 gerunt, qui etiam propria sua auctori-
 tate Ecclesiæ in Insula Strandia Pasto-
 rem, nomine Backhusium instituit:
 quo factò Canonici controversam suam
 causam iudicio Virorum a partium stu-
 dio alienorum commiserunt. Re etiam
 ad Universitates Parisinam & Lovan-
 niensem delata, horum Doctores qui-
 dam sententiam Canonicis propitiam
 die vigesima quinta Maij & decima
 octava Octobris Anno 1717. pronun-
 tiarunt: cum autem Nuntius Aposto-
 licus, ceterique Romanæ Curia Mi-
 nistri non horum, sed Pontificis iudi-
 cio standum esse opponerent, Ultra-
 jectenses Canonici, quibus nonnulli e-
 tiam ex Harlemensi Capitulo accessere,

Dorfan.
Journal
t. 2. p. 53.

Sæc. XVIII. Anno 1719. a Pontifice ad futurum generale Concilium appellarunt. Nihilominus Hi percepta Innocentii XIII. electione filiale suum obsequium testaturi, literas gratulatorias ad Eundem dedere, quibus se a purissimæ fidei doctrina nunquam recessuros professi, miseram turbatæ suæ Ecclesiæ & Pastore ac Episcopo diu destitutæ conditionem dolenter exponebant, supplices, ut Pontifex paterna sua sollicitudine novi Archiepiscopi electionem urgere dignaretur. Verum Innocentius XIII. cum eos a sua pertinacia, prætensisque juribus nihil remittere cerneret, nullum eis responsum dedit, vel maxime contra eos exacerbatus, eoquod Dominicum Mariam Varlet Missionum exterarum Sacerdotem, tanquam Babylonix Episcopum, licet Pontificis interdicto subjectum, in Hollandia recepissent. Hic quidem anno hujus sæculi decimo nono ad hunc Episcopatum nominatus, necnon a Condomienſi Episcopo, & Quebacensi Coadjutore, atque a Claromontano Episcopo inauguratus erat, nullatenus tamen Constitutionem *Unigenitus* recipere voluit, eique ore & calamo acriter se opposuit, quo comperto Clemens Pontifex ad Bentivoglium Nuntium suum Parisios literas dedit, quibus eidem injunctum, ut

ut Varletum ad Missiones progredi non Sæc. XVIII
 permetteret, nisi hic prius Constitutioni A. C. 1721.
 subscripsisset: cum autem Varletus ad
 Nuntii Palatium accedens, eundem
 domo exivisse comperiret, mox eo in-
 salutato iter instituit, atque in Hollan-
 diam delatus est, ubi a pluribus Ec-
 clesiasticis Constitutioni pariter refragantibus animatus, Catholicos maxi-
 mo numero confluentes Sacro oleo de-
 libutos ad Christianæ palestræ certa-
 mina corroboravit, quin a Bruxellensi
 Pontificis Internuntio necessariam pe-
 tiisset facultatem. Vix autem portu
 solverat, cum illico Pontifex acerbissi-
 mis literis hanc eidem temeritatem ex-
 probrans, plurium Urbium Ecclesiasti-
 cis præciperet, ut Varleto significarent,
 eum Pontificia auctoritate omnium sui
 ministerii functionum usu esse privatum.
 Hoc Pontificis mandatum Barnabas
 Aspahanensis Episcopus sedulo execu-
 turus, per Patrem de Schmacké Je-
 suitam Varleto has literas consignari
 iussit.

„Nos F. Barnabas Dei & Aposto-
 „licæ Sedis gratia Episcopus Aspaha-
 „nensis. Universis & singulis has no-
 „stras literas inspecturis notum faci-
 „mus, quatenus decima quinta De-
 „cembris anno ut infra, ad Nos per-
 „venerint Epistolæ S. Congregationis
 L 5 „de

Sæc. XVIII „de propaganda fide, in quibus de man-
 A. C. 1721. „dato summi Pontificis dato sub die
 „septima Maij currentis anni, necnon
 „S. Congregationis, Nobis committitur
 „suspendere ab omni exercitio Ordinis
 „& Jurisdictionis illustrissimum D. Do-
 „minicum Mariam Varlet Episcopum
 „electum & consecratum, & destina-
 „tum pro Episcopatu Babilonensi, ob
 „causas in iisdem inscriptas: ut patet
 „ex his. I. Quia ante e gallia digres-
 „sum, iturus ad propriam residentiam,
 „nullam petiit licentiam ab illustrissimo
 „ac R. Nuntio Pontificio Parisiis com-
 „morante, & coram eo non juravit ac-
 „ceptare pro se & acceptari curare in
 „tota sua Diœcesi Bullam, quæ incipit
 „*Unigenitus* secundum mandatum sum-
 „mi Pontificis & S. Congregationis ad
 „ipsum missum die 18. Februarii anni
 „ut supra. II. Rursus non cognovit Inter-
 „nuntium Pontificium Bruxellis com-
 „morantem, nec ab ipso petiit informa-
 „tiones debitas & facultates exercendi
 „munera Pontificalia, quæ tamen non
 „timuit exercere in Hollandia cum
 „scandalo Catholicorum. Tenore ergo
 „præsentium auctoritate summi Ponti-
 „ficis Clem. XI. & S. Congregationis
 „de propaganda fide Nobis commissa,
 „necnon officii nostri potestate suspen-
 „dimus & suspensum declaramus præ-
 „fatum

„fatum illustrissimum D. Domini-
 „cum Mariam Varlet Episcopum ab
 „omni exercitio Ordinis & Jurisdic-
 „nis, in omnibus & ubique, usque
 „dum apud summum Pontificem & S.
 „Congregationem de propriis actis se
 „justificet, & aliter a S. Sede judicetur.
 „In Nomine Patris & Filii & Spiritus
 „sancti, Amen. In quorum fidem manu
 „nostra subscripsimus, & sigillo nostro
 „episcopali communivimus. Datum
 „Casbini die 17. Decembris An. 1719.

Sæc. XVIII.
 A. C. 1721.

Has ob causas Innocentius XIII.
 Pontifex ad Ultrajectensis Capituli li-
 teras responsum dare renuit; unde hæc
 Ecclesia per tot annos legitimo Pastore,
 atque Episcopo orbata diffidiis inter
 Clerum & populum auctis fæde pro-
 fissa ingemuit. Anno autem sequenti
 rursus Canonici ex Capitulo Ultra-
 jectensi a plurimis annis jam extincto
 datis literis Pontifici exponebant, sibi,
 suæque Ecclesiæ Archiepiscopum præ-
 ficiendi jus minime dubium com-
 petere, seque proxime ad novi Archi-
 episcopi electionem processuros, proin-
 Eius electionem paulopost a sua Sancti-
 tate confirmatum iri, se nullatenus du-
 bitare: cum autem Pontifex eos rursus
 nullo dignaretur responso, hi die vige-
 sima septima Aprilis anni sequentis,
 servatis exacte omnibus Ecclesiæ sta-
 tutis

Sæc. XVIII A.C. 1721. tutis Cornelium Steenhovium, qui Vicarii a prætenso hoc Capitulo electi manus hucusque obierat, unanimi suffragio in Archiepiscopum Ultrajectensem elegerunt, suæque electionis acta unacum consueta fidei professione Romanam transmisere, Backhusio insuper ultro suum officium dimittente, Christophorum de Hayden subrogarunt. Ceterum hujus quoque Pseudo-Archiepiscopi electio Romæ nulla & irrita declarabatur, prout ad annum hujus sæculi vigesimum quintum referemus.

Interim vero, cum in hisce regionibus nullus esset legitimus Episcopus, proin vix ulli Sacerdotio initiarentur, sensimque Clerus deficeret, hinc Cathedralium Ecclesiarum Capitula Sede vacante literas, ut vocant, dimissoriales concedendi jus sibi vendicabant. Prodiit tum in eorum favorem Zegeri Bernardi Van - Espeni consultatio a Lovaniensi & Parisiensi Facultate juridica, necnon a pluribus Sorbonæ Doctoribus approbata, in qua ejusmodi jus Capitulis asseribat: ægre tamen reperiabantur Episcopi sacrae Sedi pleno obsequio addicti, qui ejusmodi Clericos a Capitulis missos Sacerdotio inaugurari auderent: solus Joannes Episcopus Senecensis, qui sese constanter Constituti-

tioni opposuerat, paucos intra dies duodecim ejusmodi Clericos sacris initiabatur, ex quibus tamen unus conscientie stimulis agitatus, rei gestae seriem Philippo Thomæ de Alsatia Cardinali de Bouffu Archiepiscopo suo Mechliniensi manifestavit. Hic ergo apud Aurelianensem Ducem Regni Gallici Administratorem questus, hunc Episcopum promerita poena plecti petebat: Dux igitur nulla mora Baudryum Urbis Præto-rem ad S. Maglorii Seminarium abire jussit, eique præcepit, nulli industriae, nulli labori parceret, ut a quodam Batavo, qui pariter a præfato Episcopo initiatus erat, recepti Ordinis literas testes repeteret; hac enim ratione Episcopos, qui ejusmodi Sacerdotes crearent, de hoc ausu convictos exauctorari posse credebatur. Paret illico Prætor, & Batavum hunc Sacerdotem accersens, examini subjecit, eum interrogans, cur se esse Sacerdotem dissimularit? cui hic reposuit, se duntaxat juridice interroganti rationem redditurum, quo accepto responso Baudryus ab eo petiit, ut suæ ordinationis testimonium sibi traderet, eo autem obtendente, quod has literas penes se non haberet, mox autem illas ad Seminarium quæsitum ire vellet, Prætor militem, qui eundem comitaretur, adjunxit, cui Batavus,

Sæc. XVIII.
A. C. 1721.

Sæc. XVIII. vus, cum haud procul a Seminario
 A. C. 1721. esset, ingenua libertate exposuit, suæ
 exiltimationi non parum derogari, si
 milite stipatus, denuo Seminarium in-
 grederetur, si ergo, ut solus ingredi
 posset, facultatem ei dare vellet, se
 mox reducem petitas literas delatu-
 rum: Miles ergo simulata Viri inge-
 nuitate deceptus annuit; Sacerdos
 vero absconditis suis literis per ignotam
 Seminarii portam erupit, aufugit: mi-
 les autem diutius expectandi fastidio
 victus, ipsemet Seminarium ingreditur,
 sed frustra in Sacerdotem, ejusque li-
 teras inquit: Re comperta Aurelia-
 nensis Dux datis literis Cardinalem
 Archiepiscopum Mechliniensem roga-
 bat, ut saltem ab eo, qui apud ipsum
 rem nuper detulerat, recepti Sacer-
 dotii literas testes repetere curaret,
 eo fine ut Episcopus Senecensis de hac
 culpa convictus castigari posset. Tan-
 dem vero Bruxellensis Papæ Nuntius
 quosdam Monachos in Hollandiam mi-
 sit, qui hujus regionis Ecclesiæ Paro-
 chiales moderarentur; eos vero Fœde-
 ratum Ordines inde ejecerunt, sub ob-
 tentu, suis legibus esse cautum, quod
 non Monachi, sed indigenæ divitesque
 Presbyteri sæculares Parochiis præ-
 essent.